

Ladislai Cetesij Pannonij Cubicularij apostolici oratio ad sum-
 mum Sanctissimumq; Pontificem Sixtum quartuz. pro prestan-
 da obedientia nomine Iunctissimi principis diui Matthe ser-
 nissimi Hungarorum ac Bohemorum Regis Quarto nonas Fe-
 bruarij. Mcccclxxv.



Attenti mihi penitusq; contemplanti Pater San-
 ctissime atq; optime Sixte Ponti-mari. Usq; adeo
 te spectata sanctimonia: fulgore virtutum et altissi-
 me dignitatis gradu preluere. vt non eos solum qui vitam a-
 gunt: sed quos vel a mundi principio omnis est admirata seculi
 memoria. in omni prestantie genere facile ante eas. Non sine ma-
 gno equidem timore: ego pusillus homuntio. os ad proloquen-
 dum aperio in hoc amplissimo et sacro tuo pontificio senatu. Ad
 dubitans videlicet hoc tam arduum munus ob tenuem ingenij
 facultatem mei et exilem dicendi. Usus egre consumatur iri pos-
 se fretus tamen tua benignitate et tue nature clementia Pater
 indulgentissime paucis ediderim cur ab hisce incliti Pannonuz
 ac Bohemorum Regis Matthe legatis optimo dignissimoq; pre-
 sule Cesprimensi Alberto ac magnifico et generosi animi princi-
 pe Iohanne thus tuam ad sanctitatem ventum sit. Due sunt ius-
 tissime et honestissime cause. Prima atq; precipua illa est q; cum
 omnes Hunnorum Reges a primis illis temporibus quibus ea
 gens vera Christi fidez colere cepit sancte Romane ecclesie paren-
 tissimi extitissent filij sicut debiti eorum fuerat officij. propen-
 sissimamq; Romanis pontificibus prestitissent obedientiam et
 eorum iussa q; diligentissime obissent. suarum partium dicitur es-
 se rex Mattheias vt est animo magno et excelso. vt viget ingenij a-
 crimonia linguli. vt pollet omni fulgore virtutum laudatissimaz
 maiorum suorum consuetudinem referre. tueq; sanctitudini mo-
 re christianissimi principis et obsequentissimi filij debitam pre-
 stare obedientiam. Nouit enim clarissimus ille princeps cuius fa-
 ma decus 7 gloria hysdem oceani resonet finibus quibus terraruz

clauditur orbis post omnipotentis et immensi dei contemplatio-
 nem. nihil in humana rebus maius atq; sanctius esse obedi-
 entia. Quippe qua omni oblationi et hostie anteposenda est con-
 stante propheta Obedientia melior q̄ sacrificium et obtemperan-
 tia q̄ adeps arietum. Idem alibi Qui seruat legem multi-
 plicat oblationem. Legis autem et diuine et humane precepto mo-
 nemur vt principi pareamus. Te vero Beatissime pater qui san-
 cte Romane ecclesie et vniuersae rei publice Christiane caput atq;
 principem esse nesciat. est plane nemo edocet. porro nos longe o-
 ptima illa Pontifice legis constitutio per multaq; alia id genus
 in memoriam principis Apostolorum Petri sanctam Romanam
 ecclesiam et apostolicam sedem honoremus. parq; venerationis
 genus in cunctos eius successores Christi Jesu vice fungentis ex-
 hibeamus. Adde etiam illud quod magnanimi pannorum Re-
 ges sancte Romane ecclesie dignitatem et auctoritatem tam sunt
 tutati nunq; non fideliter et constanter q̄ quiuis maxime cu-
 ius rei. cum alij non parum multa tum vero precipuum illud ex-
 tat indicium quod summorum Pontificum mandati atq; prece-
 pi haud quaq; sunt inuenti negligentes. Nam et aduersus for-
 tissimam ac potentissimam Turchorum gentem per omne tem-
 pus obices se se prebuere pro diuina religione Christiani populi
 salute et huius tui summi fastigij incolumitate. quod in factum
 esset proculdubio omne Christianum decus aut turbatum aut de-
 letum cerneremus. enimvero Pannonij vt sunt ita et habentur
 vniuersae Christiane reipublice muri loco esse. orientē versus et ge-
 lidam arctoꝝ. quo diruto nulle Christiane vires vastum Turcho-
 rum impetum sustinebunt vti omnes altioris prudentie viri sen-
 tiunt et summus ille sapientissimuscq; Pontifex Pius Secundus
 pro Maximo rerum vsu quo ceteros anteibat confirmare solitus
 erat. Cum validissima item calidissimaq; Bobemorum natione
 fedam multiplicium heresum labe coinquinata diu in arte ancipi-
 ti contendere pro Romane ecclesie amplificatione et apostolice ma-
 iestatis tuitione. quod munus cum arduum esset: nulli vnquam

principes Christiani inuenti sunt qui vel ab imperiosum Romanorum Pontificum sacriq; Cardinei collegij precatum obicent preter excelsi animi regez Mathiam 7 ni mali Christiani ei impedimento fuissent. profecto iam pridem omnem illam nationem ad verum Christi cultum et sancte fidei lumen vertere potuisset. Quantum vero hic inuicti animi Rex pro sancta sede Apostolica Romane ecclesie dignitate et Christiana religione atq; plebe taz aduersus immanissimam Turchorum nationem et infidos Bobemos: q̄ alios complures acerrimos fidei nostre hostes effecerit cum alij non pauci Apostolice sedis legati. tum vero colende memorie Pater ille prestantissimus atq; integerrimus Sancti angeli Cardinalis et pie recordationis antistes Laurentius Rouella Ferrariensis quondam Episcopus. vir doctrina moribus et vite sanctimonia longe clarissimis. sancte sedi Apostolice affatiz declarauit. Postremo autem Reuerendissimus in Christo pater et dominus Marcus tituli sancti Marci Cardinalis. vir omni doctrinarum eminentia. Omni morum elegantia. omni fulgore virtutum. omniq; vite sanctitate pollentissimus. qui tuo in primis Beatissime Pater totiusq; sacri Cardinei collegij nomine: Pannoniam Bohemiam atq; Poloniam ita integre ita seure et laudabiliter itaq; sancte obiit sicut quiuis vnquã antea. Considera proinde pater Sanctissime vosq; clarissima mundi lumina Reuerendissimi Cardinales vobiscuz reputate si Hungari si gloriosissimus Rex Mathias de vobis deq; vniuersa republica christiana benemeritus est. O Pannones fidissimos atq; obedientissimos Romane ecclesie filios. O genus Hunnorum Christiano cultui deditissimum. O regem Mathiam omnium gentium literis ac linguis predicandum. O principem omni immortalitatis custodia dignissimum. Subnectam etiam illud quod non parui pendendum est. Sanctam hanc Romanam ecclesiam sacre celebritatis tempore A nulla natione magis frequentari q̄ Pannonia quod minus eueniret si inclyti Pannonum reges Romanis Pontificibus non summe essent dedidi buc accedit.

Quod cum adhuc vana et erronea gentilitas sanguinem panno
num tenent occecatam. Athila ille potentissimus humanorum ti
rannus opprimende Italie cupiditate inflammatus Validissu
mum adeo ingentem exercitum ductarat in Italiam vti pene cer
sem fuerit emulatus magnitudine. roboze autem q̄ longissime
superarit. Cumq; his omnia ferro et igni vastasset et rimam ipi
sam Romam dico mundi reginam euersum ire pergeret Sanctif
simus Leo papa qui per id temporis apostolico culmini p̄erat
imminentis periculi molem cernens atq; formidans seuissimo il
li tyranno obuiam processit humilime. qua re acer ille tyrannus
vsq; adeo fuit emollitus vt confestim Romani pontifici q̄ indul
gentissime paruerit. Ista quidem impij tyranni leuitas atq; ob
temperantia leonis ad p̄ces quo mea fert opinio non nisi claris
simum future omnium humanorum principum obedientie Roma
nis Pontificibus et apostolice maiestati p̄ se ferebat indicium.
Hec et alia non pauca christianissimus rex Mathias multum ac
diu secum agitans iam ab eo tempore cum ad regiaz dignitatem
annuente deo optimo maximo fuerat euectus Sancte Romane
ecclesie et eius rectoribus parentissimum se nunq̄ non prestiterit fi
lium sine vlla cunctatione. partim vt sui obsequiosi animi. vereq;
deuotionis erga Romane ecclesie celsitudinem conspicuum prebe
ret documentum. partim vt numerosum lati sui Imperij populuz
ea ratione diuinum ad cultum pronius inflectent. Ea propter ad
quosq; sui temporis Pontifices maximos amplissimam misit le
gationem debite obedientie prestande nomine. omnium primum
ad sanctissimum Pium Secundum. cuius idem iste Reuerendus
presul Albertus quez presentem intueris caput extitit et princeps
Ilo ex hoc vite sado ad celeste domiculum euolante vbi gaudij
plena sunt omnia. Vbi nullus inuidie. nullus simultati locus. ad
Paulum quoq; Secundum Pontificem maximum. consimili ra
tione eiusdem incliti Pannonum regis eandem ob causam presto
fuere Legati cum et ille pro Ihesu ita statuente mortalem hanc
miserabilemq; vitam cum immortali ac beata commutasset et tu

consentiente omnium voce ad Apostolicam maiestatem felici or
mine esses electus vt primum id optimo ac inuictissimo regi Ma
thie fuit exploratum tanta euestigio ipsius animum perfudit le
ticia nulla vt eloquij potentia valeat exprimi. liquido enim edo
ctus erat cum a plerisq; magna et inconcussa fide hominibus tū
vero ab optimo atq; sapientissimo patre Gabriele Veronensi tue
beatitudinis fidissimo ministro quem ob admirandas atq; pluri
mas ipsius animi virtutes mortuo summo Pontifice Paulo Se
cundo. apud se diuus Mathias esse voluit magnisq; honestauit
dignitatibus et ipso isto Reuerendissimo ac prestantissimo anti
stite Vespriensi Alberto de tua eminenti sapientia excellenti
doctrina. admirabili sanctitate. singulariq; in omnis eos princi
pes beniuolentia qui Christianam religionem et sancte Romane
ecclesie dignitatem impigre tutari consuescent. eapropter magna
nimus ille Rex acerrimus Christiani nominis propugnator vide
re videbatur. post multam temporum turbationem vere felicissi
mum illud aduentasse seculum de quo diuus Plato ita olim scri
psit. felix beatunq; illud est euum quo rerum publicarum admi
nistrationem recte vereq; philosophantes adepti fuerint. vel qui
administrent diuina quadam sorte philosophentur. Nemo au
tem inficias ibit pater Sanctissime te et philosophum esse illu
strem et vniuerse Christiane dignitatis principem atq; modera
tozem. Jure igitur optimo letari poterat diuus Mathias beneq;
non modo sperare. Verum etiam confidere hac tempestate de re
publica Christiana: Que non academicum non peripateticum
vel stoicum quempiam esset nacta rectozem. ceterum sanctis
simum sanctissimeq; philosophantem philosophum. Statuerat
igitur ad te mittere Legatos q̄z primum debite causa prestande
obedientie vti consentaneum erat. Sed procholo: illis fere tem
poribus cum quibus hec studiosissime parabantur fato nescio
quo domestice ille insidie et intestina scelera improborum homi
num perfidia emerferunt. hisq; externa illa bella longe pestifera

adiuncta sunt que optimum Hunnorum regem obsequiosum fili-
um tuum a laudabili et sancto proposito auocarunt. foelixq; coe-
ptum non omittere. ceterum in aliud tempus differre coegerunt.
Sed de his non plura cum tibi que secuta fuerint: appziane nota
esse teneam. Nunc vero tam et si illa temporum turbatio haud
parce defeuiret. debitum sedi apostolice. tibiq; pater Sanctissi-
me tanq; verissimo Christi Jesu vicario et Christiane maiestatis
principi exibere voluit officium. nihil enim Rex ille sapientissi-
mus conuenientius esse ducit ad decus et ornamentum Imperij
nihil ad animi iocunditatem antiquius. nihil deniq; ad veram
foelicitatem conducibilis q; sancte Romane ecclesie obedientis-
simum se prestare. idq; omnibus palam fieri. omnia enim benefa-
cta et recte collocata in lucem prodire cupiunt. Quare prestantis-
simos apud Pannonas viros Albertum presulem Veszpinientem
et magnificum Johannem thus legatos ad te misit quos tuum
ad conspectum astantis benigne admodum intueris qui de om-
nimoda eius fide obedientia atq; obseruantia te Pontificem ma-
ximum cunctumq; Cardineum senatum liquido edocerent. Tue
igitur sanctitati gloriosissimum Hungarie atq; Bohemie Regem
Mathiam cuius pro Christiane religionis tuitioe clarissima fa-
cinoza et spectata in Romanam ecclesiam fides atq; eius recto-
res obedientia toti pene iam mundo intonuit. offerunt commen-
dant. totumq; tue fidei dedunt. eundem item tue sanctitatis man-
data ad omnia paratissimum esse polluentur adeo vt tuum
quoduis grande et operosum preceptum equo animo sit obitu-
rus. Sed de his hactenus quoniam et loci temporis ratio haberi
da est. nunc alterum orationis membrum aggrediar quod ita mi-
hi agendum est vt die hodierno tuoq; Sacro Pontificio senatu
per me innotescat quantum Christiane reipublice. periculum im-
mineat. q; intollerabile seruitutis iugum. quanq; cuncta sorbens
vniuersum fidelem populum breui est oppressura calamitas ni-
mature ab omni Christianorum principum coetu in primisq; a te

ei negotio fuerit prouisum. subnectam item quoniam pacto huius
tante pernicipi resisti possit Si vero cunctando et dies procrastina
nando ac magnas oportunitates corrupendo que facunda sunt
neglectum ibitis quemadmodum hactenus factum est.

Ue tibi belligeri martis q̄z dira propago.
Condidit et proprio nomen de nomine dixit.
Ue tibi Roma caput mundi ve roma beata.
Non te gallozum non chatarginis arma.
Euertere olim non te ciuilia bella.
At nunc excindet preuasta potentia turchi.
Ue tibi Roma iterum miserere ve terq; quaterq;

Utinam in eam quampiam ascendere qui rem speculam. Unde
omnem Italiam atq; vniuersum Christianum populum cerne
rem Unde cuncti me exaudire possent fideles clamarem sane vo
ce ingenti. O ceci Christiani. O dira intestinorum bellorum in
flammata cupiditate. O diuine religionis et Christiane salutis
obliti Veniet tempus veniet immo instat cum vos impij hostes
Machomete e legi subditi populi: terra mariq; oppriment. om
nes Christiane ditioris pronuncias vastabunt. regias edes ac
templa magnificentissime extructa demolientur. Cadauera tan
tum et collapiones admirabilium edificiorum cernere licebit.
omnibus deniq; Christianam gentem afficient malis. Proinde
o Christiani! Quid iuuat inter vos armis de bacchari sceleratis
Quid Christianum euertere populum. Quid dei cultores exter
minare qui finis bellum. Quis bonos que deniq; phama seque
tur merito vos posteru damnabunt et graui mozu lacerabunt si
rebus ad vsum atq; apparatus belli necessarijs redundat largia
mini acerrima Christiane fidei propugnatoribus si apto ad bel
la hominum generi imperitatis educite in Ethnicas gentes:.

nolite inter vosmetipsos bellatorum arantius more desuere. non
desunt saraceni. non gente non mauri Christiano inbiantes et
cidio. Sed omnium primum fortissimam atq; potentissimam tur
chorum gentem considerare ex omni Barbarie Christiano nomi
ni magis infestam Christianum dogma enixius persequentem et
Apostolice maiestatis euerfioni pre cunctis infidelibus cupidius
intentam non silencio identidem inuoluerem. reputate vobiscum
imminentis periculi magnitudinem. omniq; intestino odio se
moto. vnanimi consensu magnis itineribus in crudelissimum fi
dei hostem Turchum contendite. illum oppugnete. vsq; dum ex
pugnaueritis. Et dum huius tanti conuentus facultatez dicenti
mibi dare posse diffidam. hec loci dicere consilium est que presen
ti negotio conducere iudicauerim. Quare inritio proloquar rem
publicam Christianam nunq; maiore in periculo fuisse. Nam
dum Christiani principes fere omnes priuato magis q; publico
student commodo: sue q; communi vtilitati eo ventum est vt in
neglectum Christianum Imperium. Unde quaq; fiat impetus
cuncti illud lacerent infideles. Et meridionali et occidua plaga sa
raceni. a septentrione hi qui noua nuncupatione Tartari nomi
nantur. ab oriente Turchi. Itaq; vel ceco manifestum est in quaz
angustum orbis terre angulum inclusa sit Christiana dignitas
atq; libertas. non eam ob causam veteres illi magnanimi sanctis
simiq; principes rempublicam Christianam ex parua magnam se
cerant et angusta latissimam vt posterit. et magna et pulcherrima
minimam vel omnino nullam reddentur. Sed dum cuncti eius
administratores ignauie et impacatis odijs student eo ventum
est vt feror Turchorum natio multa florentissima oppida. nobi
lissimas vrbes et ditissimas prouincias Christianozu occuparit.
eorum dominis et principibus viris crudelissime necatis. cerera
plebe in acerbissimam seruitutem redacta. omniq; diuino cultu
impudentissime fedato. itaq; enixe iam orbis imperio inbiat vt
non nisi parto illo et sub acto quietura videatur. Isti vt quidam

arbitrantur e Scythia vt nonnullis placet et parthia gente sagi-
 taria medie persidi et Babilonie finitima prouintia erumpentes.
 cappadotiaz. Pontum. Bitbymiam. Ciliam. Pamphilam. Pba-
 lagoniam. plerasq; item alias minoris asie prouintias in suam di-
 tionem rede gere electis inde Christianis. neq; eo contenti. Tra-
 iecto Hellesponto. Macedoniam. Traciam. Atticam. Boetiam.
 Phocidem. Achiam non paucas illyrici Regiones. magnam epi-
 ri partem. complures in Egeo ac Ionio mari nobiles insulas oc-
 cupauit. Preterea vero quanta cum seuitia et crudelitate in ea-
 dem ipsa Thracia Bizantium regiam Urbem et totius Grecie
 caput. nobilemq; insulam Euboeam oppresserit superuacane-
 um esset narratu. Cum ea res pro sua magnitudine iam pridem
 noaa sit omnibus. In Pannoniam quoq; sepius irrumpen-
 do maximas edidit direptiones. Jam vero omnino in Italiam
 inuadere statuit et Romana dignitate potiri et certe ni matura-
 tum extiterit a Christianis principibus oimq; primum a te Bea-
 tissime pater in afferenda ope ipsis Christiane fidei propugnato-
 ribus. ocyus actum erit de Christiana libertate. Veniet enim im-
 pius ille Turchorum tyrannus Calabeus in Italiam iterum di-
 co veniet. enimuero Italie Imperio inbiat. Italie prouinciarum
 nobilissime atq; ditissime dominari cupit. Seq; toto niru ad id
 comparat tantumq; secum lucrabit exercitum: quantum nulli vn-
 q; nationes que Italiam inuasere. classis preterea non eum defi-
 ciet ingens quo pernitius omne Christianum Imperium inua-
 dat. opprimat lacerat. et suum ad sedissimum cultum auertat.
 Jam me hercule intueri video Christianarum prouinciarum va-
 stitatem. eternoq; Regi addictorum populorum clades innume-
 ras. fidelium summi Dei mancipiorum cedes ingentis diuina et
 humana iura violari. Jam iam captiuam duci cerno Christiano-
 rum multitudinem. omnis ferro ac igni vastari. in omnem sex-
 um atq; etatem seuitum iri. et quod solo auditu horrendum est
 paulo post affore cerno diluuium. non quale Noe vidit. estq; ex

perus olim aqueum scz vel quale futurum esse non ambigimus
igneum. at prohdolor sanguineum et ex sanguine Christiano//
rum quem inexplabilis ille Tyrannus sitit. nec prius vori se com
potem ducit vti persepe lactare solet q̄ omnem populum Christi/
anum subegerit. Consule ergo in medium Pater Sanctissime et
totas effunde vires ne hec eueniant. Consulite precipua Roma/
ne ecclesie membra celeberrimi Cardinales. Consulite Reueren/
di presules. omneq; hominum genus huc adducite. Nodo vs
annitamini pro viribus non equidem diuinum aberit auxilium
An nihil ad vos attinere putatis. damna et pericula fidelissimo/
rum sociozum fidissimozum amicozum. et de republica Christia/
na optime meriti populi Hungarici videlicet falsa equidem vos
habet opinio si ita sentitis. Ego enim Italie salutem et conserva
tionem non Italozum duxerim etiam diuitias ac fidem auctori/
tatem et beniuolentiam amicozum in primis Hunnozum qui pla
ne ex omni Christianozum coetu vastam impie Turchozum gen
tis potentiam conatu omni nituntur infringere. Veteres Roma
ni negociatozibus quibusdam extreme sortis hominibus contem
ptum violatis cum potentissimis nationibus grauissima bella
persepe gesserunt. Legimus corinthum inclitam olim achie Ur
bem a Romanis prope fuisse excisam. Quod eozum legari indigi
nius istic essent appellati memorie proditum est eosdem nulla af
fectos contumelia nulla pronocatos iniuria ob socios tantu opu
lentissimis regibus difficilima bella intulisse. Tu Christiane rei
publice Pater atq; princeps Pontifer maxime. Vosq; Reuerendis
simi Cardinales vastum hunc Machumeticę gentis Tyrannu
immo portentum nefarium multum esse finetis. Qui tot Christi
ane ditionis florentissima oppida. tot magnificas ciuitates. tot
ditissima prouintias sit depopulatus Qui sepius diuino cultui
mancipatozum hominum ingentem turbam omni prius affectaz
supplicio crudelissime necarit qui non etati non generi non ser
ui vnquam pepercit. Qui perilaum illum Atheniensem no//

uo et inusitato cruciandi genere superauit. Quodq; ijs cunctis
 maius est et formidabilius qui post tot impia facinora omnem
 Apostolicum principatum subuertere nititur. Nihil enim magis
 odit nec uehemētius persequitur ipsa ecclesiastica dignitate qua
 incolum: Relinquo Christiano orbe poriturum se diffidit. propte
 rea in id unum toto nixu incumbit. Quid sibi uoluisse creden
 dum est Beatissime Pater in oppugnatione eius epiros oppidi cui
 vulgo Scutor nomen Italo Ideomate. ab illustribus rerum scri
 ptoribus Scodra nuncupatur. Vocem illam sacrilegam a la la
 machmet machmet. Roma Roma non aliud profecto q̄erpugna
 to eo oppido uniuersa belli mole Italiam petere. Latinamq; ec
 clesiam et apostolicum principatum omni extincto clero machu
 metee legi subijcere. O bone deus quantus erat per Italium me
 tus cuz scodra obsidebatur qui rumores circumferebantur. quid
 trepidationis omne hominum genus inuaserat. In hostem exer
 citum ducere vel arma contra ferre parabat nemo dubijs et affli
 ctis rebus subueniebat nemo Romane dignitati qui presidio ire
 uellet et te Pontificem maximum tuumq; sacrum Cardineum se
 natum protegere appellabatur nemo. Sed cuncti de fuga consul
 tabant. Alius in Galliam. alius in Britanniam. pars ad ultimos
 nouergie populos non deerant Pater Sanctissime qui palam hu
 iuscemodi uerba facerent. Quid fuga salus querenda est. Quid
 longinqua in regione tuta mansio inuestiganda opperiamur.
 Turchorum Tyrannum calabeum. Eiq; ex voto seruiamus.
 Quid ad nos de principibus Christianis. Quid de Pontifice
 Maximo quando nos minime protegunt quid de Romana di
 gnitate Calabeus erit princeps idem Pontifer Maximus idem
 omnia. Sed ecce ne tanto incommodo Christiana maiestas af
 ficerent. Deo optimo maximo ita statuente longe firmissimum
 illud presidium quod semper elatas Turchorum mentes fregit
 et vastos suppressit conatus:

Hungarorum scilicet virtus et sapientissimi Regis Mathie indefessa a crimonia huic tanto tamq̃ instanti malo opem tulit. Ubi enim expeditam Hunnorum manum in propinquo esse calabei legiones compertum habuerint: confestim obsidionem soluere, quo circa Pater sanctissime tecum ipse reputa initio. tecum mor Romane ecclesie et vniuerse Christiane dignitati quantum immineat periculum ni mature huic tante perniciet̃ prouisum extiterit. Si te imperante te apostolicum principatum administrante Christi religio collabefactabitur. Vide q̃ se uero pro tribunali futurum apud seculum ea de re sis redditurus rationem. Illud etiam proloqui consilium est ne tua beatitudo vnquam cum ijs sentiat qui nulla vetustatis memoria predicti iactare solent exteras nationes nunquam Italiam tenuisse neq̃ tenere posse cum multotiens tentarint infelicit̃. Nam si ea mihi commemorandi locus esset et non me est prolira oratione tue Beatitudine molestie esse ducerem. non pauca equidem veterum monumenta in medium afferre possem quibus palam fieret cunctis peregrinas nationes in Italiam sepius armam intulisse. ingentisq̃ inuexisse calamitates. Verum de his cumulatius agam in eo bello quez ad te de serenissimo Rege meo scribere institui qui diuinam illaz sapientissimoq̃ Rege dignam vocez crebro his sermonibus vsurpat. Non tam mei Imperij salus mihi cara est q̃ vniversi deo addicti populi conseruatio. Quapropter maiores suos inclitos Pannonie Reges qui supra centenum iam annum assidue cum Turcbis dimicant in omni prestantie genere emulari studens omne tempus in ardentissimis bellorum flammis pro rutela fidei consumpsit at ne innumerabilia eademq̃ preclarissima huius magnanimi principis facinora pro amplificatione sancte Romane Ecclesie que omnibus palam sunt nominatim recensendo tempus conteram in eo dumtaxat fuerim occupatus. Quod tandem summi Pontificis Pauli Secundi monitu cui non obtemperare nephas esse ducebat. Validissimis cum legionibus in

Bohemiam profectus ad debellandos hereticos feda multiplici-
 um heresum labe coinquinatos. multa et illic pro Christi fide tur-
 tunda et Romana dignitate amplificanda edidit fortitudinis o-
 pera. sed interim pene inestimabilia damna ab impia Turcho-
 rum gente domi accepit. Illi enim nacti occasione ob regis absen-
 tiam in Pannoniam sepius inuadentes omnia crudelitatis et de-
 populationis genera exercuerunt. Superiore vero anno clarissi-
 mam Urbem Caradinum cum finitima sibi regione quae crudeli-
 ter euerterint si referret nec tua beatitudo sacro cum Cardinali-
 um coetu a lachrymis temperare audiendo neque ego recensendo
 possem. Idcirco consulto praeterierim. Caveant igitur omnes qui hec
 audiunt ne idem aliquando eis eueniat. Non enim amplius pan-
 noni tempus christianae tueri poterunt. et vaste Turchorum po-
 tentie resistere nisi a christianis principibus adiuti. Necessarium
 proinde fuerit Beatissime Pater. ut omnium primum tute omne
 id quod vales bellicosissimo Hunnorum Regi praestes auxilij.
 Qui ad euertendam Turchorum potentiam miro quodam ani-
 mi studio inflammatus est. non ab re item fuerit omnis ut chri-
 stianos principes quod vnus optime omnium facere potes. hor-
 tere. inuites atque impellas ut communi ac socio auxilio pro diui-
 na religione et Christiani populi salute cum inclito Rege Ma-
 thia et vniuersa Pannonum gente impiam Turchorum natio-
 nem conatu omni debellare mature aggrediantur. Praesens ete-
 nim negotium summa indiget celeritate que si ut rei magnitu-
 do et necessitudo postulat communi consilio communiq; auxilio
 gnauiter obieritis: breui equidem et que perditum iuere recupe-
 rabitis et praesentem Christianorum statum Apostolicumque prin-
 cipatum tuebimini et vniuerso Turchorum imperio potiemini.
 Ad quod vel illud te in praesentia non mediocriter inducere por-
 test. et si vso ille Cassanus potententissimus Rex Persarum acer-
 rimus calabei omniumque Turchorum iustis de causis hostis mi-
 litem Christianum in expeditionem aduersum Turchos duci
 senserit alacrius atque promptus rem geret. Si vero languentis

vos et tantam occasionem negligentis tantasq; opportunitates
corumpentes cognouerit: forsitan et ipse animum ab his auoca-
bit. Cura igitur atq; effice Pater Sanctissime vt Pannonijs de
Christiana republica optime meriti tempestina non desint auxi-
lia vt diuinam religionem et Christianum populum omnemq;
Apostolicam maiestatem tueri possint. Ad istudq; omni te nixu
compara. Imitare imitare Sanctissimum illum sapientissimumq;
q; Pontificem maximuz Pium. ij. in hac apostolica sede ijs quon-
dam satis constitutum vt non prius contentum se existimaret q̄
impiam Turchorum gentem debellaret si diutius ei vita conti-
gisset. Iterū dico imitare. quodq; ille morte preuentus conficere
nequiuit: tu Deo optimo maximo annuente perfice. diuumq;
Matthiam obedientissimum filium tuum inclitum Hungarie at
q; Bohemie Regem nomine omnium Pannonum et cunctorum
fidelium Boemorum die hodierno veram et sanctam obedienti-
am tibi tanquam verissimo Christi Jesu vicario prestare certo te-
neas. Preco: itaq; deum immortalem vt tanta cum vehementia
in Turcum in ea te in primis Beatissime Pater cunctum Car-
dineum senatum et omnem populum fidelem inflammet oratio-
quanta olim Thimothei musici carmen Alexandrum Macedo-
num Regem concitauit ad arma:.

¶ Finis.

Ine.
1280